

sed potius, qui pauca de virtute differit, multa factis ostendit. Illa moneta optima, quæ pretii plurimum habet in parvâ mole, & sermo, qui sensus. Nam & Colossi magnitudo, vel in brevi sigillo se ostendit. Vnicum me mordet, quod aure surdâ præternavigare haud possum, cum nonnullibi locorum ob leviculum resolvantur matrimonia: videtur species superbæ libertatis. Per se certum, quod non facile sit assumenda illa cura, quæ dies noctesq; adhæreat, angat, coquat ac decoquat. Multi si pensiculatim pensicularent, citius quaterere deberent hoc jugum, quàm addere, facilis excutere, quàm subducere. Interim, si libra deliberationis se eò devertat, nec semper æqualitatis, & quod sequitur, tranquillitatis illa trutina animos eorum libret, tam citò, tam subito dissolvenda videtur species superbæ libertatis. Istæ vices rerum sunt, & magnus ille gubernator modò asperam turbantemq; hiemem inducit, modò lenem mitemq; æstatem. Nubes temporum etsi non nihil subducit ac tegit amicitia solem, non tamen extinguit aut tollit, post tempestatem ferè serenitas. **V**ovendum, ut concordem & alterno amore consortem omnes haberent. Multis & magnis viris in eo uno voto omnia inesse videntur, & ubi pax, & concordia inter consortes obtinent, felicitatem illam, & alia bona comitari. Sicut in fidibus concentu nihil suavius; & inibi harmoniâ & consensionê. Præsertim in ejuumodi mirandum, qui extrema lineæ tegula invicem starent, se quoq; ita gestant: ut salsa & amara omnia gustarint. Deniq; è folio & solo si ejiciuntur, vitæ hoc solum magis magisque ingrediuntur, & de novo illis salsa vita adfertur. Apud Roma non in more positum fuit, ut trita & vulgaria minimè numerarent mulieribus, judicarunt quod ostium pectoris non clausum nec scrinia sint occlusa. Quemadmodum